k Aristotle 237 k 25

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΠΛΟΣ,

SIVE

Aristotelis Epitaphia

IN HEROAS HOMERICOS:

FRAGMENTUM

Ab H. STEPHANO PRIMUM

EDITUM,

NUNC PLURIBUS AUCTUM

EPITAPHIIS

PARTIM NUPER EDITIS, PARTIM NUNC

PRIMUM E CODICE HARLEIANO,

DUNELMIÆ:
Excudebat L. Pennington.
1798.

VIRO SUMMO

Chriſtiano Gottlob Heyne

BONARUM LITTERARUM

ANTISTITI GRAVISSIMO,

INTERPRETI DOCTISSIMO,

LITTERATORUM

AMICO OFFICIOSISSIMO

HOC ARISTOTELIS PERPLI

FRAGMENTUM

HONORIS CAUSA

D. D. D.

THOMAS BURGESS.

G.R.III.
B.R.MUS.

LECTORI S.

PEPLUS erat navis Panathenaicæ velum, in quo depictus eſt Enceladus a Minerva occiſus, et viri fortes, qui in bello de patria bene meriti eſſent.* Nomen a nave Panathenica apte & ingenioſe tranſtulit Ariſtoteles ad Epitaphiorum libellum, in quo ipſe commemoravit fata ducum, qui bello Trojano Græcis Trojaniſque copiis præfuerunt. An præter duces Catalogo Navium Homerico memoratos, in alios etiam heroas Homericos Epigrammata ſcripſerit hoc opuſculo, non liquet e Porphyrii teſtimonio: in alios tamen ſcripta extant in iis, quæ Peplo vindicavit Canterus, ſcilicet in Antilochum, Automedontem, Deipylum, Patroclum, Teucrum, Tal-

* Ανδρες ησαν τησδε της γης αξιοι, και του ΠΕΠΛΟΥ. Ariſtoph. Ιππ. 566.

thybium, quæque ab uno et eodem ſcripta fuiſſe dubio caret: nec magis ex ejuſdem Porphyrii verbis conſtat, an in ipſos omnes omnino duces. Certe Tzetzis temporibus, qui pleraque ſervavit, in nonnullos non exiterunt epigrammata, uti ille monuit.

Epitaphiorum, quibus contextum eſt Pepli hoc fragmentum, quadraginta et duo primus edidit H. Stephanus ſine auctoris nomine. Eadem typis recudit G. Canterus & Ariſtoteli vindicavit: quibus autem argumentis, vide et in Præfatione ſua, & apud Fabricium. Deinceps in Ariſtotelis operum editiones Peplum receperunt editores.

Ex his plurima citavit Tzetzes in Scholiis ad ſua *Antehomerica*, *Homerica*, *et Poſthomerica*, quæ primus vulgavit V. Cl. G. B. Schirachius Halæ 1778. editione quidem mutila, ſed acceptiſſima. Etenim in his Scholiis præter plurima olim edita tandem inſperato prodierunt

decem alia Epitaphia partim in duces Græcos Trojanoſq ſcripta, partim in alios, neque vero Ariſtotelis nomine citata, neque ei a Schirachio tributa. Poſt Schirachium vir doctiſſimus Fr. Jacobs, qui Tzetzis opus longe emendatius et auctius edidit Lipſ. 1793. meliorum codicum lectionibus & additamentis adjutus, Epitaphiis in editione Halenſi editis *duo* addidit; neque tamen ipſe Ariſtoteli ea tribuit, neque in Anthologiæ ſua egregia editione nupera Epitaphiis Stephanianis adjecit. Id fortaſſe me movere oportebat, ut Ariſtoteli ea ne tribuerem. Illa vero cum nullo careant eorum veriſimilitudinis argumentorum, quæ Canterum induxerunt, ut Stephaniana Ariſtotelis eſſe judicaret; et eadem ſimplicitate ſcripta ſint, quam in Ariſtotelicis laudavit Porphyrius; non dubitavi ea Ariſtoteli adſcribere, et Stephanianis adeo hac editione adjungere.

Hæc *duodecim* Epitaphia a Scholiis Tzetzianis hauſta *tribus* aliis auxi

Epitaphiis in *Æneam*, *Paridem*, & *Hectorem*, quæ in eorundem Scholiorum codice Harleiano* reperi. Nec desperem, si diligentiore usu excutiantur codices Tzetziani, etiam iste, quem tractavi, Harleianus, ac præsertim Matritensis ille a Casirio memoratus, (vide infra p. 18. not.) aliquando alias repertum iri Pepli reliquias. Tzetzes enim Scholio ad Homerica sua v. 118. de *Leito* scribens, Τα επιγραμματα δε, ait, αυτου τε και των λοιπων εν τοις εμπροσθεν ὁμου ειπομεν. At Λητου επιγραμμα et aliorum nonnullorum in codice nostro frustra quæsivi. Tzetzis quidem plurima sunt in Therſitem, Polydamam, Troilum, Polyxenam, Palamedem, Euphorbum, alios; at hæc, quæ ab antiquis diligenter distinguit ipse Tzetzes, et revera longe differunt, ab instituto nostro aliena sunt. Epitaphii (56) in *Asium* fragmentum servavit Eustathius ad Il. B. p. 270. ed. Bas.

Paulo diversi generis sunt Epitaphia (57 & 58) in *Penthesileam* &

* MS. Reg. 16. C. IV.

Cycnum, qui ab Homero cum non memorati ſint, in Trojani tamen belli tempora conveniunt, neque adeo fortaſſe ab Ariſtotelis conſilio aliena: poeta certe non indigna: imo cæteris (excepto illo in Ajacem Telamonium) ſimplicitatis cum venuſtate conjunctæ palmam præripere videntur. Quæ Stephanus edidit in Laomedontem &c. quoniam a Porphyrii teſtimonio longius diſcedunt, miſſa feci.

Notandum autem eſt Tzetzem, ut hæc *quindecim* epitaphia a Schirachio, Jacobſio, et nobis prolata, ita cætera a Stephano edita, non Ariſtotelis nomine citare: quippe quæ non Stagiritæ putaret eſſe, ſed alius cujuſdem Ariſtotelis, ut e Scholiis Tzetzis in Heſiodum de primum editis monuit Fabricius; in qua tamen ſententia ei adverſantur Porphyrius & Euſtathius; ne dicam Canterum, Heinſium, Brunckium.

Supereſt, ut de libelli lectionibus addam pauca.

Ep. 3. των Λοκρων ἡγητορα MS. τον.

Ep. 6. βεβολημενα. MS. βεβαρημενα.

— ib. οὐνεκ᾽ MS. Vindob. ὡς παρ᾽. MS. Harl. ὁτ᾽αρ. marg. ὡς παρ᾽.

— v. 4. εμευ. Sic MS. Harl. Vulg. εμου.

Ep. 8. Αινητον παντεσσιν. MS. Τον παντεσσι κρατιστον. quod levem in errorem induxit virum doctiſſimum ad Tzetzis *Homerica* v. 113.

Ep. 17. Αρχος τ᾽ Αμφ. MS. Αρχων Αμφ.

Ep. 26. εχε γαια. f. leg. εχει αια.

Ep 28. νησος ποντιας αμφις εχει. Sic MS. Harl. Vulg. Προποντις αμφις εχει πεδιῳ. Παντιας αμφις pro ποντῳ αμφιχυθεισα, αμφιποντιος.

Ep. 38 Vulgo: Κειται· ανοικτιστον δ᾽ ουνομα τυμβος εχει. Lectionem Euſtathii a Brunckio emendatam vide ad libelli hujus finem. Locum diſtinxi cum Euſtathio & Brunckio: ſcripſi vero τὀνομα τυμβος εχει, utpote *cenotaphio* convenientiorem, quam Brunckii πνευμα δ᾽ αηρ επεχει.

Ep. 41. Troja Thebas advecta eſſe oſſa Hectoris memorat Pauſanias. Hoc epigramma tumulo Thebano ſcriptum. In Trojani tumuli inſcriptionem antehac deſideratam incidi apud Tzetzem MS. Harl. quam habes infra p. 12.—Pro επιγιγνομενοις MS. επιγιγνομενων.

Ep. 44. Πρωτεσιλαῳ. Sic ed. Schirach. et MS. Harl. V. Cl. Jacobs edidit Πρωτεσιλᾳ. Forte legendum Πρωτεσιλεῳ.

Ep. 48. Ed. Schirach:

Ἑρμη παι, στερεας πετρας τεκος, ενπε πασι
Παφλαγονος μοιραν τουδε Πυλαιμενεος.

MS. Harl. Παφλαγονων & Πυλαιμενεως. Quid vero duplex illud παι—τεκος? Quid porro ad rem Ἑρμης, *Mercurius*, vel *Mercurii ſtatua*, ſive etiam generalius, *ſtatua?* Legendum puto:

Ἑρμα, παϊ στερεας πέτρας, ενεπε βασιληος
Παφλαγονων μοιραν τουδε Πυλαιμενεος.

Ἑρμα, *ſaxum* mortuorum nomine et fatis inſignitum.

Ep. 52. Ed. Jacobs:

Εν Συριῃ Βηλαιου περι ποταμου προχοαισιν.

Monſtrum horrendum, informe!

MS. Harl. Βηλου παρα ποταμου προχοαις. marg. παρ. Ex quo habemus legitimum illud:

Εν Συριη Βηλου παρ ποταμου προχοαις.

Βηλεος, ſive Βηλος, Syriæ fluvius. Plurimos eum vocare *Belum* monuit olim Jablonſki de Memnonis ſtatua p. 24.

Ep. 53. MS. Harl. Αινειαν Κυπριδος και Αγχ. Verborum mutavi ordinem metri gratia.

Ep. 55. Pro μεγας malim μεγαν, ut Ep. 41. Pro επιγιγνομενοις MS. επιγιγνομενων.

Ep. 57. Ed. Jacobs:

Στασω σε σπευδοντα δορυσσοα Πενθεσιλεια
Αιπυν εσαθρεις τυμβον Αμαζονιδων.

MS. Harl. δορυσσοε—αιπυν και εραθρησω. marg. αθρησοντα—Αμαζονιδος. Primam & ultimam lectionem in textum recepi. Pro εραθρησω cum marginis lectione αθρησοντα compoſita in promptu erat divinare εσαθρησον, *attente inſpice*. Εισαθρεις αιπυν ſimpliciorem & veriorem lectionem cenſebam. Locum igitur ſic ſcripſi:

Στασω σε σπευδοντα, δορυσσοε· Πενθεσιλειας
Εισαθρεις αιπυν τυμβον Αμαζονιδος.

Hoc autem epigramma in Pentheſileam, & aliud in Memnonem protulit Jacobſius: Schirachius decem in Proteſilaum, Piroa & Acamantem, Pandarum, Tlepolemum, Pylæmenem, Dolonem, Rheſum, Sarpedonem, Glaucum, Cycnum.

Eorum uſui, qui Homericum Catalogum & Peplum inter ſe conferre velint, Heroum indicem addidi, qui ſequitur. Heroas a Trojanis partibus notat ſignum T.

Heroes in Catalogo Navium memorati.

	Iliad. B.	*Pepli Epigr.*
Acamas, Anten. f. T.	ver. 823	———
Acamas, Thrax, T.	844	xliv.
Achilles	685	xxviii, xxix.
Adraſtus, T.	830	———
Æneas, T.	820	liii.
Agamemnon	576	x. xi.
Agapenor	609	xvi.
Ajax, Telam.	557	vi.
Ajax, Oil.	527	iii.
Amphimachus, Cteati f.	620	———
Amphimachus, Nom. f. T,	870	xvii.
Amphius, T.	830	———

	Iliad. B.	*Pepli Epigr.*
Antiphus, Theſs. f.	ver. 678	xxvii.
Antiphus, Pylæm. f. T.	864	———
Arceſilaus	495	———
Archiloehus, T.	823	———
Aſcalaphus	512	ii.
Aſcanius, T.	864	———
Aſius, T.	827	lvi.
Chromis, T.	858	———
Clonius	495	———
Diomedes	563	viii.
Diores	622	xvii.
Elpenor	540	iv.
Ennomus, T.	858	———
Epiſtrophus, Iph. f.	517	———
Epiſtrophus, T.	856	———
Eumelus	714	xxxiii.
Euphemus, T.	846	———
Euryalus	565	ix.
Eurypelus	736	xxxv.
Glaucus, T.	876	li.
Guneus	748	xxxvii.
Hector, T.	816	xli. lv.
Hippothous, T.	840	———
Hodius, T.	856	———
Ialmenus	512	ii.
Idomeneus	645	xxiii.
Leitus	495	———
Leonteus	745	xxxvi.
Machaon	732	xxxiv.
Medon	727	———
Meges	627	xix.
Menelaus	586	xii.

	Iliad. B.	*Pepli Epigr.*
Meneſtheus	ver. 552	v.
Meriones	651	xxiii.
Meſthles, T.	864	———
Naſtes, T.	867	———
Neſtor	601	xiii. xiv.
Nireus	671	xxvi.
Pandarus, T.	827	xlv.
Peneleus	495	i.
Phidippus	578	xxvii.
Philoctetes	718	xxxi.
Phorcys, T.	862	———
Pirous, T.	844	xliv.
Podalirius	732	xxxiv.
Podarces	704	xxxii.
Polypœtes	740	xxxvi.
Polyxenus	623	xviii.
Proteſilaus	698	xliii.
Prothoenor	495	———
Prothous	756	xxxviii.
Pylæmenes, T.	851	xlvii.
Pylæus, T.	840	———
Pyrachmes, T.	848	xlii.
Sarpedon, T.	876	l.
Schedius	517	———
Sthenelus	564	ix.
Thalpius	620	xviii.
Thoas	638	xxii.
Tlepolemus	653	xxiv. xlvi.
Ulyſſes	631	xx. xxi.

Heroes Homerici non memorati in Catalogo Navium.

Agenor, T.	———
Alcathous, T.	———
Alcimedon	———
Antenor, T.	———
Antilochus	xv.
Aſteropæus, T.	———
Automedon	xl.
Deiphobus, T.	———
Deipylus	xxv.
Dolon, T.	xlviii.
Euphorbus, T.	———
Memnon	lii.
Neoptolemus	———
Paris, T.	liv,
Patroclus	xxx.
Phœnix	———
Polydamas, T.	———
Priamus, T.	———
Rheſus, T.	xlix.
Talthybius	xxxix.
Teucer	vii.

Heroes ab Homero non memorati.

Cycnus, T.	lviii.
Pentheſilea, T.	lvii.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΠΕΠΛΟΣ,

Ηγουν

Εις τους παρ' Ὁμηρῳ ἡρωας

Επιταφια.

I.

Επι Πηνελεω, κειμενου εν Βοιωτια.

Τονδ' επι Κηφισσῳ ποταμῳ θεσαν ωκυ ῥεοντι
Παιδες Βοιωτων σωφρονα Πηνελεων.

II.

Επι Ασκαλαφου και Ιαλμενου.

Ασκαλαφου Τροιῃ φθιμενου και Ιαλμενου ἠδε
Οστεα πληξιππων γη Μινυας κατεχει.

III.

Επι Αιαντος του Οιλεως, κειμενου
εν Μυκονῳ τῃ νησῳ.

Ενθαδε των Λοκρων ἡγητορα γαια κατεσχεν
Αιαντ᾽ Οιλιαδην εν πελαγει φθιμενον.

IV.

Επι Ελεφηνορος, κειμενου εν Τροιᾳ.

Νησου απ᾽ Ευβοιης Ελεφηνορα αρχον Αβαντων
Ενθαδ᾽ ενι Τροιῃ μοιρα κατεσχε βιου.

V.

Επι Μενεσθεως, κειμενου εν Αθηναις.

Ταξιλοχος λαων, υἱος Πετεω, Μενεσθευς
Ενθαδ᾽ ενι κλεινῃ πατριδι μοιραν εχει.

VI.

Επι Αιαντος Τελαμωνιου, κειμενου εν Τροιᾳ.

Αδ᾽ εγω ἀ τλαμων αρετα παρα τῳδε καθημαι
Αιαντος τυμβῳ κειραμενα πλοκαμους,
Θυμον αχει μεγαλῳ βεβολημενα, ουνεκ᾽ Αχαιοις
Ἁ δολοφρων απατα κρεσσον εμευ κεκριται.

VII.

Επι Τευκρου, κειμενου εν Σαλαμινι της Κυπρου.

Ιων ωκυμορων ταμιην, Τελαμωνιον ηδε
Τευκρον αποφθιμενον γη Σαλαμις κατεχει.

VIII.

Επι Διομηδους, κειμενου εν τη ομωνυμω νησω.

Αινητον παντεσσιν επιχθονιοις Διομηδην
Ἡδ' ιερα κατεχει νησος ομωνυμη.

IX.

Επι Σθενελου και Ευρυαλου, κειμενων εν Αργει.

Αργειος Σθενελος Καπανηϊος ωδε τεθαπται
Τυμβω, και τουτου πλησιον Ευρυαλος.

X.

Επι Αγαμεμνονος, κειμενου εν Μυκηναις.

Λευσσεις Ατρειδεω Αγαμεμνονος, ω ξενε, τυμβον,
Ος θαν' ὑπ' Αιγισθου κὀυλομενης αλοχου.

XI.

Επι του αυτου.

Μνημα τοδ' Ατρειδεω Αγαμεμνονος, ὀν ῥα κατεκτα
Δια Κλυταιμνηστρη Τυνδαρις ουχ ὁσιως.

XII.

Επι Μενελαου.

Ολβιος, ω Μενελαε, συ τ' αθανατος και αγηρως,
Εν μακαρων νησοις, γαμβρε Διος μεγαλου.

XIII.

Επι Νεστορος, κειμενου εν Πυλῳ.

Τον βαθυνουν ψυχην τε, νοηματε θειον εχοντα
Ανδ' αγαθον κατεχω, Νεστορα τον Πυλιον.

XIV.

Επι του αυτου.

Νεστορα των Πυλιων ηγητορα ηδε θανοντα
Γη κατεχει, βουλῃ φερτατον ημιθεων.

XV.

Επι Αντιλοχου, κειμενου εν Τροιᾳ.

Μνημ αρετης υἱου του Νεστορος, Αντιλοχοιο,
Ὃς θανεν εν Τροιῃ ῥυσαμενος πατερα.

XVI.

Επι Αγαπηνορος.

Αρχος δ' εκ Τεγεης Αγαπηωρ, Αγκαιου υἱος,
Κειθ' υπ' εμοι Ταφιων πελτοφορων βασιλευς.

XVII.

Επι Αμφιμαχου και Διωρους.

Αρχος τ' Αμφιμαχος Κτεατου παις, ηδε Διωρης
Ενθαδ' ενι Τροιῃ μοιραν εχουσι βιου.

XVIII.

Επι Θαλπιου και Πολυξενου, κειμενων εν Ηλιδι.

Οἱδε Πολυξεινος και Θαλπιος Ηλιδι διῃ
Δμηθεντες κρυερου δωμ' Αϊδαο εβαν.

XIX

Επι κενοταφιου Μεγητος, εν Δουλιχιῳ.

Μνημα Μεγητι θοῳ, μεγαθυμου Φυλεος υἱῳ,
Δουλιχιοι τευξαν· σωμα δε ποντος εχει.

XX.

Επι Οδυσσεως, κειμενου εν Τυρρηνια.

Ανερα τον πολυμητιν, επι χθονι τηδε θανοντα,
Κλεινοτατον θνητων, τυμβος επισκιασεν.

XXI

Επι του αυτου.

Οὑτος Οδυσσηος κλεινου ταφος, ὁν δια πολλας
Ἑλληνες πολεμῳ Τρῳϊκῳ ευτυχεσαν.

XXII.

Επι Θοαντος.

Τίον ὑπερθυμου Ανδραιμονος, ηδε θυγατρος
Γοργης της Οινεως, ηδε κονις κατεχει.

XXIII

Επι Ιδομενεως και Μηριονου, κειμενων
εν Κνωσσῳ.

Κνωσσιου Ιδομενηος ὁρας ταφον, αυταρ εγω του
Πλησιον ἱδρυμαι Μηριονης ὁ Μολου.

XXIV.

Επι Τληπολεμου, κειμενου εν Ῥοδῳ.

Ἀδ' Ἡρακλειδην ῥηξηνορα θυμολεοντα
Τληπολεμον κατεχει κυματοεσσα Ῥοδος.

XXV.

Επι Δηϊπυλου.

Δηϊπυλου κορσης ευειδεος Ορμενιοιο
Μνημα τοδ' ευκλεινον· γειναστο Τληπομελος.

XXVI.

Επι Νιρεως, κειμενου εν Τροιᾳ.

Ενθαδε τον καλλιστον επιχθονιων εχε γαια,
Νιρεα, τον Χαροπου παιδα και Αγλαϊης.

XXVII.

Επι Φειδιππου και Αντιφου.

Φειδιππον Τροιην περσαντ', ηδ' Αντιφον ηρω
Γαια πατρις κωμη ηδ' Εφυρα κατεχει.

XXVIII.

Επι Αχιλλεως, κειμενου εν Τροια.

Παιδα θεας Θετιδος, Πηληϊαδην Αχιλια,
Ηδ' ιερα νησος Ποντιας αμφις εχει.

XXIX.

Επι του αυτου.

Θεσσαλος ουτος ανηρ Αχιλευς εν τωδε τεθαπται
Τυμβω· εθρηνησαν δ' εννεα Πιεριδες.

XXX.

Επι Πατροκλου, κειμενου μετα Αχιλλεως.

Πατροκλου ταφος ουτος (ομου δ' Αχιληϊ τεθαπται)
Ον κτανεν ωκυς Αρης Εκτορος εν παλαμαις.

XXXI.

Επι Φιλοκτητου.

Τοξων Ηρακλεους ταμιην, Ποιαντιον υιον,
Ηδε Φιλοκτητην γη Μινυας κατεχει.

XXXII.

Επι Ποδαρκους, κειμενου εν Σικυωνι.

Γη μεν Αχαιϊς εθρεψε Ποδαρκην Ακτορος υἱον,
Οστεα δ' αυ Σικυων γη κατεχει φθιμενου.

XXXIII.

Επι Ευμηλου.

Υἱος ὁδ' Αδμητοιο, Φερητϊαδης Ευμηλος,
Νερθ' ὑπ' εμοι κειται μοιραν εχων θανατου.

XXXIV.

Επι κενοταφιου Ποδαλειριου και Μαχαονος, εν Τρικκῃ.

Οἰδ' Ασκληπιαδαι, Ποδαλειριος ηδε Μαχαων,
Προσθεν μεν Ὀἴτοι, νυν δε θεων μετοχοι.

XXXV.

Επι Ευρυπυλου, κειμενου εν Ορχομενῳ.

Πατρῃ εν Ορχομενῳ Ευαιμονος αγλαον υἱον,
Ευρυπυλον, κρυπτει δακρυοεσσα κονις.

XXXVI.

Επι Πολυποιτου και Λεοντεως.

Αρχοντες Λαπιθων, Πολυποιτης ηδε Λεοντευς
Εν γαιῃ Μηδων τερμ' αφικοντο βιου.

XXXVII.

Επι Γουνεως.

Σημα το μεν Γουνηος ὁρας· ψυχη δε θανοντος
Αερ' ες ὑγρον εβη· σωμα δε ποντος εχει.

XXXVIII.

Επι κενοταφιου Προθοου.

Σωμα μεν εν ποντῳ Προθοου, Τενθρηδονος υἱου,
Κειται ανικτιστον· τοὐνομα τυμβος εχει.

XXXIX

Επι Ταλθυβιου, κειμενου εν Μυκηνῃ.

Ταλθυβιον θεραποντα θεων, κηρυκα και ανδρων,
Ὡδε Μυκηναιων δημος εθαψεν ἀπας.

XL.

Επι Αυτομεδοντος, κειμενου εν Τροιᾳ.

Αυτομεδοντ' Αχιλῆι εὖν και πιστον εταιρον
Ἡδε κατεσκιασε Τρωας αρουρα ταφῳ.

XLI.

Επι Ἑκτορος, κειμενου εν Θηβαις.

Εκτορι τονδε μεγαν Βοιωτιοι ανδρες ετευξαν
Τυμβον ὑπερ γαιης σημ' επιγιγνομενοις.

XLII.

Επι Πυραιχμου, κειμενου εν Τροιᾳ.

Ελθων εξ Αμυδωνος απ᾽ Αξιου ωδε Πυραιχμης
Ωκυμορος παντων νοσφι φιλων εθανεν.

XLIII.

Επι Πρωτεσιλαου, κειμενου εν Χερρονησῳ.

Τονδ᾽ οχθον μνημην αρετης χαριν εξετελεσσαν
Ἑλληνων παιδες Πρωτεσιλαῳ φθιμενῳ.

XLIV.

Επι Πειρωος και Ακαμαντος.

Πελτοφορου Θρηκης Ακαμας και Πειροος ἡρως
Ἑδραν ναιοντες τηνδ᾽ ελαχον φθιμενοι.

XLV.

Επι Πανδαρου, κειμενου εν Τροιᾳ.

Τηλεβολον ῥυτηρα, Λυκαονος αγλαον υἱον,
Εκ Ζελεας, κατεχει Πανδαρον ἡδε κονις.

XLVI.

Επι Τληπολεμου, κειμενου εν Τροιᾳ.

Τονδ᾽ Ἡρακλειδην, ευηνορα τηλοθι πατρης
Τληπολεμον κρυπτει χωρος ὁδ᾽ ανθεμοεις.

XLVII.

Ἐπι Πυλαιμενους, κειμενου εν Τροιᾳ.

Ἑρμη παι, στερεας πετρας τεκος, εννεπε πασι
Παφλαγονος μοιραν τουδε Πυλαιμενεος.

XLVIII.

Επι Δολωνος.

Πατρις μεν κρυπτει με Δολων, Ευμηδεος υἱον,
Πασιν απαγγελλω τοις παριουσι μαθειν.

XLIX.

Επι Ῥησου.

Ὑπνῳ και καματῳ δεδμημενον ενθαδε Ῥησον
Τρωες δη θαψαν Τευκριδος αιγιαλῳ.

L.

Επι Σαρπηδονος, κειμενου εν Λυκιᾳ.

Καρες και Λυκιοι βασιλεις Σαρπηδονα διον
Ξανθου επι προχοαις αεναου εθεσαν.

LI.

Επι Γλαυκου, κειμενου εν Λυκιᾳ.

Ευωδης κυπαρισσος ὁμου και λαϊνος οχθος
Ενθαδε τον Λυκιον Γλαυκον εχει φθιμενον.

LII.

Επι Μεμνονος, κειμενου εν Συρια.

Μεμνων Τιθωνου τε και Ἠους ενθαδε κειμαι
Εν Συριῃ Βηλου παρ ποταμου προχοαις.

LIII.

Επι Αινειου.

Κυπριδος Αινειαν τε και Αγχισου φιλων υἱον
Ἐνθαδε μοιρα θεων ηγαγεν εις Αἰδην.

LIV.

Επι Παριδος.

Ενθαδε πυρ το Τρωϊον, Ἑλλαδος αλγος ἁπασης,
Ὁ Πριαμοιο Παρις ψυχομαι ακρολοφοις.

LV.

Εφ' Ἑκτορος, κειμενου εν Οφρυνῳ λοφῳ της Τροιας.

Ἑκτορι τονδε ταφον Πριαμος μεγας εξετελεσσεν,
Οχθον ὑπερ γαιης μνημ' ἐπιγιγνομενοις.

LVI.

Επι Ασιου.

Ἱππων ωκυποδων ελατηρ θρασυκαρδιος * *

* * * * *

LVII.

Επι Πενθεσιλειας.

Στασω σε σπευδοντα, δορυσσοε· Πενθεσιλειας
Εισαθρεις αιπυν τυμβον Αμαζονιδος.

LVIII.

Επι Κυκνου.

Θυμον δη Κυκνου και ὑπερφιαλους επινοιας
Αιθηρ λαμπρος εχει, σωμα δε τυμβος ὁδε.

Τελος.

Epitaphii XXVIII titulum, ut vulgo, (nisi quod Ionicam Τροιῃ mutavi in vulgarem Τροια) scripsi cæcus cæcos secutus: neque enim iste huic, sed alteri XXIX convenit, quod præcedere debebat. Et eo ipso ordine Epitaphia citat Tzetzes ad Posthomerica sua. Vulgata lectio v. 2. ΠΡΟΠΟΝΤΙΣ αμφις εχει πεδιῳ contra metrum peccat, & rem notam. Harleiana lectio ΝΗΣΟΣ ΠΟΝΤΙΑΣ αμφις εχει, sive ποντιας pro *marina* accipias, sive *Pontica*, eodem redit, nempe *insulam* Achilleam in *Ponto* Euxino sitam, ubi templum erat Achilli consecratum. De qua insula vide Canterum & Meursium ad Lycophronem, & Meziriacum ad Ovidium.

Ep. XLVIII. Conjecturæ meæ ενεπε ΒΑΣΙΛΗΟΣ Παφλαγονων ——— Πυλαιμενεος non parum favet Homericum illud (Iliad. N. 643) ενθα οι υιος επαλτο ΠΥΛΑΙΜΕΝΕΟΣ ΒΑΣΙΛΗΟΣ.

Excerptum e Fabricii Biblioth. Gr.

Lib. III. c. VI. §. 35.

(Tom. III. p. 275. ed Harles.)

ΠΕΠΛΟΣ ſive Fragmentum *Pepli*, Epitaphia Heroum Trojanorum Græcorumque ultra quadraginta* diſtichis elegiacis compoſita, quæ ſine nomine auctoris Græce primum ex Codice Mediceo vulgavit ad calcem Anthologiæ Epigrammatum Græcorum H. Stephanus Paris. 1566. 4. Deinde Ariſtoteli vindicavit Guil. Canterus, et latino verſu reddidit anno eodem, Baſiliæ 4. cum notis, & Auſonii Heroum Epitaphiis emendatioribus, qui Pepli auctorem in pleriſque expreſſit. Recuſa eſt Canteri editio Antwerpiæ

* omnino 42.

A. 1571. 8. in ejuſdem novis lectionibus p. 18. Hinc cum ſua (qui prior Cantero reddidiſſe verſu Peplum ſe teſtatur) et Canteri verſione et Auſonii Epitaphiis edidit H. Stephanus ad calcem Certaminis Homeri & Heſiodi, & fragmentorum ex Matronis aliorumque Parodiis Homericis, Genev. 1573. 8. Ab eo tempore et in editionibus Anthologiæ & cum Canteri verſione in Græcolatinis Ariſtotelis editionibus plus vice ſimplici prodiit, etiam in poſtrema Duvalliana T. IV. p. 677. Cæterum Ariſtoteli vindicatur ex hoc loco Euſtathii in Iliad. B. p. 216. Ἱστορει δε ὁ αυτος Πορφυριος και ὁτι Αριστοτελης συγγραμμα πραγματευσαμενος, ὁπερ εκληθη Πεπλος, γενεαλογιας τε ἡγεμονων εξεθετο, και νεων ἑκαστων αριθμον, και επιγραμματα εις αυτους, ἁ και αναγραφεται ὁ Πορφυριος εν τοις εις τον Ὁμηρον, ἁπλα οντα και ουδεν τι παχυ και φλεγμαινον εχοντα. Διστιχα δε τα ὁλα εκεινα διχα του ῥηθεντος εις τον Αιαντα. Ισως γαρ ὁ επιγραμματοποιος εφιλοτιμησατο, απεναντιας ελθων τῳ ποιητῃ, επι μεν τῳ λαμπρῳ Αιαντι πολυλογησαι, τους δε αλλους ἡττον σεμνυναι. Latinæ verſionis inſtar adſcribam

hæc Dan. Heinſii, ex præfatione Peplo Græcorum ſuorum Epigrammatum præfixa: *Summus vir omniſque vel ſcientiæ vel eruditionis princeps Ariſtoteles, cum Homerum aſſidue legeret, qui in ejus ſcriptis extarent, Heroum genealogiam conſcripſerat, ſinguliſque ſingula Epigrammata tribuerat, quæ duobus non amplius verſiculis, excepto uno quod Ajaci dederat, conſtarent. In quibus mira erat ſimplicitas, nulla affectatio: dictio caſta ac Græca, acumen rarum, non, quemadmodum Laertii, putidum plerumque et ineptum: nihil occurrebat denique, quod Critici de eo judicant* παχυ τε και φλεγμαινον. *Quia autem in Panathenaicis Minervæ circumferri peplus ſolebat, in quo pugnæ Titanum, Deæ victoria, ac eximia virorum magnorum ſpectabantur opera, urbanitatis omnis ac amœnitatis parens, opus, in quo univerſa pariter Deorum ac Heroum geſta perſecutus erat, Peplum vocarat. E quo paucos illos verſus, qui nunc Pepli nomine cenſentur, excerpſerat Porphyrius.*

Nam de tota ſcripti ratione ac inſtituto quædam alibi, nondum forte ſatis intellecta, dicemus. Vide etiam Io. Meurſii Panathenæa cap. 18. Tom. VII. Gronov. Thes. pag. 68. Sam. Petitum ad leges Atticas p. 24. ſeq. Meminit et Pepli inter Ariſtotelis ſcripta auctor vitæ Anonymus a Menagio editus. Ariſtotelis *Pallium* vocat Tripartita VII. 2. quod apud Socratem III. 23. et Nicephorum X. 36. eſt πεπλος, Gellio etiam in præfat. et Clementi Alexandrino VI. Strom. pag. 517. ſed ſine auctoris nomine memoratus in Præf. Alteri tamen cuidam tribuit Joh. Tzetzes ad Heſiodum p. 3. Αριστοτελης γαρ, ει ὁ Φιλοσοφος, μαλλον δε οιμαι ὁ τους πεπλους συνταξας, εν τη Ορχομενιων πολιτεια. *Fabric.* Atque alterius Ariſtotelis fœtum eſſe contenderunt Patricius Tom. I. Diſcuſs. Peripat p. 18. & 49. et Moller in Homonymoſcopia p. 288. ſeq. qui etiam laudat Fabric. in Decade Decadum nr. 58. litt. K. 4. b. *Harl.**

* In Caſiri biblioth Arabico-hiſpana Tom. I. p. 308. citantur Ariſtotelis *Epitaphia Heroum, quæ Pepli nomine cenſentur, libri ſex.* Harl.

In Ariſtotelis Peplum Notæ RICARDI FR. PHIL. BRUNCK.

(Vide Analecta Gr. Poet. T. III. p. 32. Not.)

PARTEM hanc reliquam Ariſtotelis Pepli ſeorſim edidit Guil. Canterus Antwerp. 1571. et Henr. Stephanus poſt Homeri et Heſiodi Certamen 1573. uterque latino carmine reddidit. Geminas verſiones habet Stephani editio. Euſtathii locus, ubi ex Porphyrii in Homerum Commentariis docet horum Epigrammatum auctorem eſſe Ariſtotelem, legitur edit. Rom. p. 285.* qui cl. Reiſkium latuit, quum in poetarum notitia contendit epigramma in Ajacem, quod hic ſextum eſt, ex Mnaſalcæ Epigr. XIV. expreſſum eſſe. Contrarium diſerte ſtatuit Porphyrius.

Epigramma ſextum in Anthologia Aſclepiadi tribuitur. Verſ. 4. Pro κεκριται Vat. Cod. δυναται, quod

* Edit. Baſ. p. 216. cf. ſupra p. 16.

notavi etiam in Planudeæ optimo codice. Sed genuinum eſt prius.

Ad Epigr. 14. Neſtor Nelei filius & Chloridis inter ἡμιθεους, οὐς εκ θειου και ανθρωπινου σωματος φυναι λεγουσι, cenſeri non poteſt. Præferenda itaque lectio, quam ſervavit Euſtathius p. 296. φερτατον ἡμεριων. Ad hæc enim duo in Neſtorem Epigrammata reſpicit, quæ memoriæ lapſu pro uno habet: δηλοι δε την του γεροντος αρετην και το εις αυτον παλαιον επιγραμμα, ὁπερ και φερτατον ἡμεριων λεγει αυτον, και βαθυνουν, και ψυχην εν σωματι θειαν εχοντα, και ανδρα αγαθον.

Ad Epigr. 19. Qui primus epitaphia hæc edidit e MS. Cod. Henr. Stephanus habet Φυλεος, quod præſtat, & neſcio qua de cauſa mutavit Canterus, quum genitivus Φυλεός apud Homerum ſit.

Ad Epigr. 23. refert hoc Diodor. Sicul. T. I. p. 395. cum aliqua lectionis varietate, ὁρα ταφον. Melius ὁρᾳς, ut in 37. & in 10. λευσσεις Ατρειδεω. Tum εγω τοι, quod præfert doctiſſimus Weſſeling, cui non aſſentior.

του positum est pro αυτου seu τουτου, ut in 9.

Ad Epigr. 38. Distichon hoc respexisse videtur Eustathius p. 17. ubi, postquam diversas nominis Ἥρως etymologias protulit, postremam hanc addit: οἱ δε απο του αερος, ὡς δηλουται εν τινι των παρα Πορφυριῳ επιγραμματων, εν ᾧ κειται το· σημα μεν εν ποντῳ κειται· πνευμα δ' αηρ ὀδ' εχει. Unde scribendum videtur:

Σωμα μεν εν ποντῳ Προθοου Τενθρηδονος υἱου
Κειται ανοικτιστον· πνευμα δ' αηρ επεχει.

Ad Epigr. 41. Pausanias p. 746. εστι δε και Ἕκτορος Θηβαιοις ταφος του Πριαμου προς Οιδιποδια καλουμενῃ κρηνῃ. κομισαι δε αυτου τα οστα εξ Ιλιου φασιν επι τοιῳδε μαντευματι·

Θηβαιοι Καδμοιο πολιν καταναιεταοντες
Αι κ' εθελητε πατραν οικειν συν αμωμονι πλουτῳ,
Ἕκτορος οστεα Πριαμιδου κομισαντες ες οικους
Εξ Ασιης, Διος εννεσιῃς ἡρωα σεβεσθε.

FINIS.